~~T. XVIII~~

Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus uniuersis patriarchis Archiepiscopis et Episcopis ad quos presentes littere peruenerint Salutem et apostolicam benedictionem. Ad opera pietatis per que diuini nominis amor acquiritur et uestre salutis comodis prouidetur eo uos libentius inuitamus quo illa tenemini ex debito pastoralis officij feruentius exercere. Sane oblata nobis dilectorum filiorum .. Abbatis et conuentus monasterij sancti Antonij ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis petitio continebat quod uos consueuistis interdum uestris subditis inhibere ne ipsi aliquos priuilegijs quibuscumque munitos absque uestrarum uel capitulorum aut Archidiaconorum locorum testimonio litterarum admictant ad elemosinas in eorum ecclesijs colligendas propter quod ijdem [illegible] fratres et nuntios monasterij memorati cum ad ciuitates diocesis et prouincias uestras pro elemosinis petendis ad pauperum et infirmorum sustentationem accedunt [illegible] petendas et colligendas illas siquatenus non admictunt. Nos igitur attendentes multiplicia opera pietatis que dicti Abbas et conuentus erga ipsos pauperes et infirmos pro [illegible] exercent ac uolentes eis de illo auxilio prouidere per quod dictis pauperibus et infirmis possint uberius subuenire. Uniuersitatem uestram rogamus monemus et [illegible] in domino uobis nichilominus in uirtute obedientie per apostolica scripta precipiendo mandantes quatinus fratres et nuncios supradictos cum pro huiusmodi elemosinis petendis et colligendis ad dictas uestras ciuitates diocesis et prouincias accedunt benigne recipere studeatis et per eosdem subditos recipi facientes subuenientes ipsis per uestras efficaces litteras eisdem fratribus et nuncijs sine exactione qualibet concedendas districte iniungatis quod ab eisdem fratribus et nuncijs cum ad ecclesias eorum peruenerint pro petendis et colligendis elemosinis supradictis nichil petere uel extorquere presumant. Uos igitur in premissis erga dictos fratres et nuntios uos fauorabiles et benignos exhibere curetis sic promptos et paratos offerre quod apud illum cuius miseratione perenne bonum acquiritur crescatis cumulo meritorum nosque sinceritatem uestram dignis ualeamus in domino laudibus comendare. Datum Auinion IIII kalendas Septembris Pontificatus nostri Anno Quarto.

In nomine domini amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo decimo septimo Inditione quartadecima Die mercurij uigesimo primo Septembris placentie in domo habitationis domini uicarij infrascripti presentibus presbytero Guillelmo Rectore et ministro sancti faustini fratre Gerardo Rectore et ministro hospitalis dei placentie et Facino Lecacorvo clerico ecclesie de Calenzano placentine diocesis testibus rogatis. Reuerendus uir dominus Gerardus de Lecacorvis archipresbyter plebis de Trauano placentine diocesis uicarius capituli maioris ecclesie placentine Episcopali sede uacante ad instantiam et postulationem fratris Bonacursi fratris et sindici dominorum .. Abbatis et conuentus monasterij sancti Antonij ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis precepit michi petro notario isto quatenus ex suo originali autentico bullato uera bulla plumbea domini pape cum filo canapis non uiciato non cancellato non abolito nec in aliqua sui parte corrupto in qua bulla ab una parte erat sculpta duo capita unum cum barba longa et aliud cum barba rotunda cum litteris dicentibus sanctus pa[ulus] sanctus pe[trus] et ab alia parte erat littere dicentes clemens pp. V. presens sumerem exemplum et sumptum publicarem autenticarem et in publicam formam redigerem ita ut uim et robur autentici in omnibus obtineat et firmitatem. Et ad maioris roboris firmitatem iussit idem dominus uicarius presens autenticum sigilli curie Episcopalis placentie appensione muniri.

Ego petrus Ferr de sancto Andrea notarius publicus placentinus ad postulationem fratris Bonacursi sindici [illegible] presens priuilegium [illegible] suo originali autentico presens sumpsi exemplum et sumptum in publicam autenticaui et scripsi.

LXVIII

1317 Dez 6

Copia autentica

4 (68)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

~~LXVIII~~

Clemens epus servus servorum dei Venerabilibus fratribus universis patriarchis Archiepis et Epis ad quos presentes littere pervenerint Salt et aplicam ben. Ad opera pietatis per que divini nominis amor acquiritur et ure salutis comodis providetur eo vos libentius invitamus quo illa tenemini ex debito pastoralis officij ferventius exercere. Sane oblata nobis dilectorum filiorum .. Abbatis et conventus Monasterij sancti Antonij ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Vienneñ dioc petitio continebat qd vos consuevistis interdum uris subditis inhibere ne ipi aliquos privilegijs quibuscumque munitos absque urarum vel capitulorum aut Archidiaconorum locorum testimonio litterarum admictant ad elemosinas in eorum ecclesijs colligendas propter quod ydem [illegible] fratres nontios Monasterij memorati cum ad civitates dioc et provincias uras pro elemosinis petendis ad pauperum et infirmorum sustentationem accedunt [illegible] et colligendas illas nequaquam non admictunt. Nos igitur attendentes multiplicia opera pietatis que dicti Abbas et conventus erga ipos pauperes et infirmos pro [illegible] ardenter exercent ac volentes eis de illo auxilio providere per quod dictis pauperibus et infirmis possint uberius subvenire. Universitatem uram rogamus monemus et hortamur in domino vobis nichilominus in virtute obedientie per aplica scripta precipiendo mandantes quatinus fratres et nuncios supradictos cum pro huiusmodi elemosinis petendis et colligendis ad dictas uras civitates dioc et provincias accedunt benigne recipere studeatis et per eosdem subditos recipi facientes subditis ipis per uras efficaces litteras eisdem fratribus et nuncijs sine exactione qualibet concedendas districte iniungatis qd ab eisdem fratribus et nuncijs cum ad ecclesias eorum pervenerint pro petendis et colligendis elemosinis supradictis nichil petere vel extorquere presumant. Vos igitur in premissis erga dictos fratres et nuntios vos favorabiles et benignos exhibere curentes sic promptos et paratos offerre qd apud illum cuius miseratione perenne bonum acquiritur crescatis cumulo meritorum nosque sinceritatem uram dignis valeamus in domino laudibus comendare. Dat Avinion IIII Id. Sept. Pontificatus nri Anno quarto.

In nomine dni amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo decimoseptimo Indictione quintadecima Die mercurij vigesimoprimo Sept. Placentie in domo habitationis dni vicarij infrascripti presentibus pbro Guillelmo Rectore et ministro sci Faustini fratre Gerardo Rectore et ministro hospitalis dei placentie et Facino Lecacorvo clerico ecclesie de Calenzano plac dioc testibus rogatis. Venerabilis vir dns Gerardus de Lecacorvis archipbr plebis de Travano plac dioc vicarius capituli maioris ecclesie placentine epali sede vacante ad instantiam et postulationem fris Bonacursi fris et sindici dominorum .. Abbatis et conventus Monasterij sancti Antonij ordinis sancti Augustini Vienneñ dioc precepit michi Petro notario isto quatenus ex suo originali autentico bullato vera bulla plumbea dni pape cum filo canapis non viciato non cancellato non abolito nec in aliqua sui parte corrupto in qua bulla ab una parte erat sculpta duo capita unum cum barba longa et aliud cum barba rotunda cum litteris dicentibus sanctus pa. sanctus pe. et ab alia parte erat littere dicentes Clemens pp. V. [illegible] sumerem exemplum et sumptum publicare autenticare et in publicam formam redigerem ita ut vim et robur autentici in omnibus obtineat et firmitatem. Et ad maioris roboris firmitatem iussit idem dns vicarius presens autenticum sigilli curie epalis placentie appensione muniri.

[illegible] privilegium

Ego Petrus ferr. de sco Andrea notarius publicus placentinus ad postulationem fris Bonacursi sindici [illegible] suo originali autentico [illegible] exemplum et sumptum in publicam autenticam et scripsi.

Morbio 4 (68)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

1317

28. Agosto

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-176717103X-11/fragment/page=0003
DFG